Jacobus dei gratia Rex Aragonum Valencie Sardinie et Corsice Comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius ammi-
rantus et capitaneus generalis. Fideli suo Baiulo Gerunde vel eius locum tenenti presenti et qui pro tempore fuerit. Salutem
et gratiam. Pro parte proborum hominum et universitatis Civitatis Gerunde fuit conquerendo propositum coram
nobis quod aliqui de dicta Civitate Gerunde commorantes in burgo dicte Civitatis vocato burgo sancti Petri de
Galliganti contradicunt solvere partem eos contingentem in missionibus per predi[…] civitatis factis tam super
illis quadraginta mille solidis Barchinone quos nobis dederunt quam aliis racione privilegii franquitatis per nos con-
cessi dicte Civitati et omnibus habitatoribus ipsius et eiusdem suburbiorum pro hiis que habent in burgo predicto.
Quare supplicatum fuit nobis ut predictos partem eos contingentem solvere contradicentes in missionibus et ex-
pensis racione dicte franquitatis factis compelli facere dignaremur. Ideo ipsa supplicatione suscepta benigne
vobis dicimus et mandamus quatenus omnes habitatores burgi predicti sancti Petri pro hiis que habent in dicto burgo
compellatis fortiter et districte ad solvendum partem eos contingentem in omnibus missionibus supradictis racione
dicti privilegii factis et etiam faciendis iuxta tenorem quod de dicto privilegio eosdem inveneritis re-
ctare. Datum Barchinone iiij nonas Octobris anno domini Millesimo CCC quintodecimo. Exp. 24.

1315.

p(re)sentata sept. 10. x. kl. [illegible] & s. f.

[illegible] - [illegible] - [illegible] - malarij - fran.

2 ten. saz fonis / a lecta. G. & deo iudici

2. p. [illegible] [illegible] i eta. G.

Pza.

(6)

Arxiu Municipal de Girona